



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

17. Fallit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

226 DE ROTESTAT. SÆCUL.

niuntur Unde anno Domini. 1394. per arrestum curia
Parlamenti Parisis , dictum fuit quod clerici com-
mittentes abusum in officio chirurgiæ vel Policia super
hoc tenentur coram sacerdotali iudice respondere .

17. FALLIT.

45 In clero assumente administrationem & officia
laicorum , in quibus si delinquent , curia sacerdotalis con-
suevit illos civiliter punire pro quo fa. *tex. in cap. sa-*
cerdotib. ne cle. vel mo. scilicet op. illorum , qui su-
munt ar. ex illo *tex.* quod laicus judex auctoritate illius
capitis possit clericum occasione administrationis cape-
re , privilegio clericali cessante , quasi videantur dicto
casu nudati privilegio praedicto propter quod ab ecclesia
non defenduntur , quia frustra legis auxilium , &c. *exp.*
qua frustra. de usur. & indignum est ab eis ab Ecclesia
subveniri , per quos constat scandalum in Ecclesia ge-
nerari , ut *in dist. cap. sacerdotibus.*

A D D E.

Hanc Fallentiam citat Benedictus in ca. Rai-
nutius §. uxorem Andalism n. 155. ubi plures
alias refert limitationes , Matheus Boyß Doct.

Sed istorum opinio reputatur falsa. per gl. Gofri.
Inno. Host. & Sici. ibi. & per Clavas. in ver. clericus.
9. §. 3. qui dicunt hoc locum non habere nisi prece-
dente trina monitione , per dictum cap. fi. de vita &
bona. cle. vel secundum *Hosti.* in summa. in tit. ne cle.
vel mo. facta. synodali prohibitione & monitione ; ut
desistant à talibus sub poena perditionis privilegii cle.
qua monitio synodalis secundum eum videt æquipol-
lere trinæ monitioni & istud ait *Hostien.* ubi Proxi-
supr. §. 2. ver. Ego intelligo , quod Sici. non placet ,
quia ubiunque agitur ad poenam incurriendam , &
jus exigit trinam monitionem vel citationem una e-
tiam

IN ECCLESIA STICOS 227

tiam peremptoria non sufficit , nec habet vim trinæ monitionis , aut citationis : & hoc voluit gl. in Cle. 1. de vita & ho. Cler. in ver. 3. Io. An. in cap. [ex ruc. do Cle. non resi. idem Io. An. in addi. Specul. super eodem situ. idem dicit Sicut. in alle. cap. fi.

Addens quod non sufficeret citatio generalis , ut omnes Clerici desistant à talibus , immò requiritur quod sit specifica , ita quod apprehendat eos , quod dicit esse contra quosdam prælatos , qui faciunt hujusmodi monitiones in genere , veruntamen in casu nostro pro opinione Hosti. bene facit tex. dicti cap. sacerdotibus in princ.

Et non obstante op̄i. communi , de qua supra , de tempore meo vidi , quod officiarii regii cum delinquunt in officio , licet sint Clerici conjugati cum unica & virgine incedentes in habitu & tonsura Clericalibus , aut etiam Clerici soluti , vel etiam presbyteri ; puniuntur per judices seculares , & inter alios vidi de quodam judice in curia parlamenti , qui ibidem licet esset Clericus conjugatus cum unica & virgine , nihilominus coactus fuit respondere , de abusu sibi imposito in decapitatione ejusdem notabilis in loco de Miramonte , & de pluribus aliis , vide Petrum Iacobi , in tit. de condicione ex G. Quadrupli. instit. de actionibus.

ADD E. ad fal. 17.

Clericus consiliarius Principis , si in officio delinquat , à seculari puniri non potest. Hunc citat locum Couvaruvias in practicis observationibus , cap. 33. n. 6. Clarus §. final. in criminal. q. 36. Sed

Sed tamen addit male servari consuetudinem per Principes seculares, qui tales Clericos officarios premant, nec non pecuniarijs pœnis mulctent nec etiam in Gallia servatur jus commune. Cassaneus in consuetud. Burgundiæ rub. I. §. 5. in glossa, s'il n'y a grace. Notavit Ignatius Lopes ad Bernardum Dias in praxi criminali cap. 61 littera B. Mattheus Boys Doctor.

18 Fal. In *assassino.*

Decimo octavo fallit in Clerico assassino. Quia talis potest etiam criminaliter puniri per judicem temporalem absque alia degradatione, per cap. i, de homi. libr. 6. ubi quicunque princeps, & quantumcumque magnus prælatus seu quævis alia persona Ecclesiastica, vel secularis quempiam Christianorum assassinos occidi fecerit, vel mandaverit quamvis mors secuta non sit, aut eos receptaverit vel occultavet, aut defensaverit excommunicationis & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio incurrit sententias ipso facto, est etiam cum omnibus suis bonis mundanis perpetuò diffidatus, & bannitus à toto populo Christiano, quæ verba important quod impunè possit occidi, secundum Angel. Perusi. consilio 13 & sequitur Gem. in alle. cap. i. quia idem est bannire & diffidare, quod statuere & præcipere, ut impunè possit occidi, ut no. in l. reos. C. de accusa. Quod etiam in conscientia liceret quando fieret zelo justitiae, alias non, secundum Clava. in ver. assassinus versi. 2. diffidati enim de jure canonico videntur pro jure degradati, nam sunt hujusmodi personæ à jure expositæ, & datur cuicunque facultas capiendi personas: ut in cap. unico de schisma. sunt enim diffidati